

que amat. Lepran, & viuiginem abolet trita cum aceto, & ramentis illata: necon & canes occidere potest. hactenus Theo pbratiss., illud infiper non ignorandum est, vijcum scilicet, quod ixiam appellari, in Chamæleonis albi radice nascens, re nenum esse mortiferum, cim tamen modica tanum quantitate sumptum fonnolentos vigilantes reddat. Quamobrem Creten-  
ses muleres suarum lucubrationum gratia, ne somnum ineat in opere, ex eo tantillum, aut modicum a cena nullo incommo-  
do affununt. Huius plerique locis meminit Plinius, & de eo nusquam non intellexit, ubi contra sumptum vifcam aliquod  
remedium procul. Xyphaleon reuersis sic Grece, Latine vero Chamæleon albus appellatur: Maritanis, Chemeleon leite,  
sens Chamadium: Italia, Carlina, & Chamæleone bianco: Hispanis, Cardo pinto: Gallo, Carlina: Boemis pupanua bila. At plan-  
ta, que Xyphaleon usque Græcis, Chamæleon niger Latinis vocatur. Arabibus, Chemeleon melamnos: Italos, Chamæleone nero: Nominis  
Germanis Eber uirtz: Hispanis, Cardo pinto: Gallis, Chardonne: Boemis pupanua cerna.

## CHAMÆLEON NIGER ALTER.



Ferulae

## CROCODILIVM. CAP. X.

**C**rococilion chamæleontis nigri figuram habet. Nascitur in syllosois, radice longa, leui, aliquantum  
lum lata, odore, vt nasturtii, acuto. Feruafa in aqua, & ^ pota radix, sanguinem copiofum per  
nars pellit, datur lienosis, eos eidenter adiuuans. Semen ei rotundum inest, duplex ut scutum; quod  
suapte vivrinam cicit.

παλινομένου  
ita Medicin-  
alia. et Cat.  
σπουδάσιο-  
τα.

Crocodilij  
confederatio.  
Opinio explo-  
sa.


**S**unt qui velint, Carlinam vulgo vocatam, eam inquam, que caulem proferit, legitimum esse Crocodilium. Sed eorum opinio omnis nubis quidem nullo modo satisfacere potest. Siquidem (ut praecedenti capite retulimus) Carina, que caulem emitit, adeo omnibus in vniuersum notis chamaeleonem nigrum representat, ut vix inquam persuaderi possem, eam esse Crocodiliu[m]: praeferim cum facto periculo ipsi facte viribus careat quibus Crocodiliu[m] pristare scribunt, nempe quod radicus decoloratum potum sanguinem per nar[es] copiosum trahat. Adeo quod Crocodilio radix sit longa, leuis, aliquantulum lata, & odo re, ut natura sit, acuto. Illi vero Carinae generi crassa, nigra, densa, exesa: non autem lata, nec tenus, nec natura odorem spirans. Non desunt alii, qui Eryngium marinum Crocodiliu[m] existimant. Verum cum illud in litoribus mariis nascat, chamaeleoni negro sit absimiles, nec sanguinem e naribus eliciat: Crocodiliu[m] vero proueniat in fyllois, compluribus alijs reclamantibus notis, ipsi etiam haudquaque adstipulari possem. O quam magnificarent medici Crocodiliu[m], si in Italia nascetur, ubi tamen haecenes ipsum videre non licet, cum eius radicus decoloratum tanta sit facultate proutum, ut potu tantum sanguinem copiosum per nar[es] pellat. Crocodiliu[m] menius Plinius libr. 27. cap. 8. non tamen plura tradidit, quam Dioscorides, a quo illa omnia accepit: quanquam in hoc ab eo diffringit, quod Crocodiliu[m] in fabuletis nasci prodiderit, cum tamen in fyllois nasci scribat Dioscorides. Huic facultatis libr. 8. simplicium medicamentorum memoriae prodidit Galenus, sic inquiens. Crocoalis jemen ace est, atque odoratum, urinam, menesque ciens. Itaque facultatem habuerit calidam, digerentem, & excentram. Succus tum caulis, tum feminis, ut que similes sint facultatis, nephritis adiuuant. Radix peitoris excretionibus valenter conducit, minus quidem quam semen acri, non tamen minus amara. Trahit vero etiam per nar[es] sanguinem. Quod xpozō d'Λυρ Γρετ, Latinus quoque Crocodiliu[m] dicunt; Itali, Crocodilio.

Alia opinio  
reprobata.

Crocodiliij vi-  
re ex Gal.

Nomina.

### LABRVM VENERIS, SIVE DIPSACVS.



Dicitur

## DIPSACVS, SIVE LABRV M VENERIS. CAP. XI.

**D**ipsacus aculeatarum generis est. Caulem habet altum; spinis horridum; folijs laetucis; spinosis; bis-  
bis, genicula singula complectentibus, praelongis, ceu quasdam bullas i[n]tus, & extra aculeatas, in  
dorsi medio habentibus, concauo alarum sinu, in quo imber, aut ros asseretur; vnde dipaci, quasi si  
tientis, nomen traxit. In cacumine caulis, singula surlulis capitula infusa, oblonga<sup>3</sup>, echinata spinis;  
qua arefacta, candida spectantur, diflecta q[ue]d; medialis tenuis, vermiculos ostendunt. Sanat rimas sedis, si  
frustulaque, situla, & decocta in vino radix, v[er]ique dum sit crassitudo cera, immittatur. Medicamentum  
area pyxide recondendum. Aliunt formicationibus, verrucis que penilibus remedio esse. Vermi-  
culi capitolorum in folliculo alligati collo, aut brachio appensi, produntur quartanis febribus re-  
medio esse.

**D**ipsacus, quem Latinus *Labrum Veneris* vocant, in Italia *vulgaris* est planta, ijs precipiue locis, ubi lanifolia exercen-  
tur. Siquidem echinato eius capitulo mangones ruden adhuc pannum peclent, expolunt, detractisq[ue] floccis concin-  
nant. In Hetruria Dipsacum vulgo appellant *Cardo da cardare*, *Fariniferus* vero *Garzo*. Scrutur is hodie in complu-  
ribus Italia locis, praetertimque in agro Bononiensi, singulari a cultoribus adhibita diligentia. Sed & sylvestris quoque specie  
ze in campestribus, in agrorum, & scrobium aggeribus, in viis iuxta fenes frequentissimus nascitur, nullis proorsus repugnan-  
tibus notis quas illi redditus Dio[ne]corides. Inuenitur autem tempore (vt experientia quoque docere potest) in eius capitulo  
iam exaracto, medullitusq[ue]; diflecto vermiculus ille, quem collo adaligatum quartanis febribus remedio esse produnt,

## LABRV M VENERIS ALTERVM.




a Meum est  
xerxa ex quo d-  
sparsus d-  
zavd a bns a-  
familia erina-  
ceo sublonga  
spinosa.

Dipaci confi-  
deratio.

pectoribus hano affigens maxime expeditus: & si Marcellus Diſcoridis interpres, & commentator, vermiculum hunc  
 nunquam sibi compertum fuisse scribat. Diplacis officinalis, & herbariorum vulgo Virga pastoris maior nominatur. Quip-  
 pe minorem etiam illius similam ostendunt: quoniam non adeo fibrato caule, ac spinis horido constet, folijs item infirmo-  
 ribus sit, & capitulo multo minoribus, ut qua aliis magnitudinem non excedant. Sunt autem huius capitula tenuibus capil-  
 lis referta, ita ut sericea variae colore infestis floccis similia videantur. Ceterum animaduertendum est, neutrum Diplacis ge-  
 nus, quod cum Scrophoni, tum Auenina deferitur, esse Virgam pastoris. Quod quo dicitur ijs, quantum ex eorum scriptis col-  
 ligere potu; Pastoris virgam nil aliud esse putaverim, quam polygonum, cuius iam feminis, quam maris histiorum lib. quartu-  
 to tradidit Dioſcorides. Quapropter illud nibi semper per injuriam velim, quod non à Mauritani Diplaco Virga pastoris no-  
 men invenimus sit, sed à ipsius variis usque suis potius paniculis, quam ceteris caſtigatis, & probatissimis scriptorum mo-  
 numenſis, faem preſcire coniuerterit. Namque Matthiolus ille Sylvaticus pandectarum anchora, Diplacum Virgam paſto-  
 ris appellat: qui cende in grauitem erorem lapjus. Diplacum ipsum cum polygono tñ ppter confundit, utpote qui illud af-  
 sequi non poterit, quod Arabum Pastoris virga, esset Diſcoridis polygonum, non autem Diplacis: qui quem tantum à  
 polygono differt, quantum leporis ab rufis. Diplacis meminit Galenus libr. 6. simplici medicis his paucis. Diplacis sine radice  
 secundo ordine exercitatoria est, habet; nominib; alſetericum. Planta, quia Grecis Ἀλάξας, Latinis Labrum Veneris nominat-  
 tur: Mauritani, Diplaco: Italis, Cardo, & Diffaco: Germanis, kartentiel, Garden kraut, Buoberstrel, & Vuber kart-  
 ten; Hispanis, Cardencha, Cardo penteador; Gallis, Cardon acader, & Verge a bergier; Boemis Stieka Polonis: Szczotki.  
10


## VIRGA PASTORIS.



**S**pina alba nascitur in montibus, & syluosis. Folia fert albi chameleonis, angustiora, candidiora, ali- quantum hispida, & aculeata; caulem supra binam cubitam altum, pollicari aut ampliore crassitudine, albicantem, intus cauum; in cacumine capitulo inest spinosum, echini marinii amulū, sed minus, & oblongum; flores purpurei, in quibus semen, ceu enicuni, sed rotundus. Huius radix pota cœlaciæ, stomachicis, & ijs, qui cruenta exstinxunt, efficax cœlurinam citum: humoribus illinitur. Decocto eius de- stes in dolore collui prodeat. Epotum semen conualis infatuibus, & à serpente demorsis auxiliatur. Ge- statum pro amuleto serpentes abigere traditur.


**S**pina albam seplasarii, Arabas (et plerunque solent) imitati, Bedeguar appellant. Sed non parua inter hos, & medicos : itur contentio, quemam in aculeatarum genere, quas plurimas genuit natura, Spina alba legitimè, nosis omnibus aculi Spinæ albae pulantibus, appellari posset. Verum ei tantam literam transfigere nequeant; interim tamen pro Spina alba aliis her- confid.

## SPINA ALBA.



bias obstant, & quisque suam veram exigit. Quandoquidem sunt eorum complures, qui sibi certè persuadent, Spinam albam eam aculeatam herbam esse, quam aliqui Carduum benedictum vocant, ali vero vulgo herba Turca. Sunt ali, qui Cardum vocatum, id est album chamaeleonem, spiram albam esse contendant. Inter quos inuenio monachos, qui in Meßetur scripterunt, quorun sententiam, superioris in chamaeleonis virtutisque mentione, ut falsum reprobauimus. Sunt preterea, qui Spinam albam esse deint cehinatum Cardum illum, & spinis rigenter, qui Hetruris in lacte cogendo coaguli vicem expleri. Non definxit insuper qui vnam, vel alteram flosculos plantam, pro Spina alba nullo discrimine accipiunt. Quo sit, ut omnes ī nullo veritatis lumen duchi, in huiusmodi tenebris obseruent. Errat, meo quidem indebet, hac in Leonardi Fuchsii atatis nocte medicus aliquis clarissimus: qu ppe qui ultime iurorum paradoxorum capite, Spinam albam eam aculeatam herbam appellat, que omnium in uniuscum aculeatarum plantarum generum amplissimis confusat fuisse, late luxu se parergentibus, ac crebris, albisque seu lacteis tota conspersa maculis. Unde apud quoquam Lactaria herbe non men aeternatur, et si a quā purissimis, presertim mulierculis, Cardus dñus Maria dicatur. Hallucinatur inquit, pace eius dixerim, eo quod non agnoscuerint, hanc foliis albi chamaeleonis triplo, quadruplicemque maioribus, in campetri plantae nati, ut nostra testatur Hetruria, ubi passim ferè frequens nascitur, non autem in montibus, ac fyllis, ubi Spina alba Dioscoridis testimonio prouenit. Legitamam Spinam albam, cuius hic primo loco imaginem expref. mus, misit ad me Patauio Iacobus

## SPINA ALBA ALTERA.



Antonius

*Ananias Cortinus, rei plantaria admodum studiosus, que notis omnibus genuinam representat. Siquidem folii est ab aliis dia-  
naceli similibus, englystioribus tamen, ac canditoribus, subfibratis, spinis rigentibus; canis vero et liberi ali, pollicari, vel  
ampliore crassitudine, subalbo, et manuca cuscum cacinum echinus subbalbis inflexi; sed minor, & elongatus, pupuricor-  
tus floribus, & fennie cnicu similis. Hunc planè descriptioni, quæ etiam Diophoridus est, assipulant frequentissime p'nta,  
que suis echinis, ac spinis i'gentes, in excelsis illiguntur. Ananias vallis montibus lariceis, abegniis, & picis sylvis referens lu-  
men metu' r'vstantur. Quapropter, ut quae ad eos pertinent, recte agne seplastri, vidant, sciantq; non in plenitate & concul-  
bus Spinam albam prouocare, sed in montibus quorum si quandoque rura cacinina, tum sylvas ad eum & gravabuntur, pro-  
cul dubio non magno etiam labore ipsa nascientur. Hic enim non modo seplastris maxime conditæ, ut legitimam  
Spinam albam suis compotis medicamentis innescantur; ut & cum error eodem apprehendere (in loco etiam Ruellins  
versatur) qui sibi persuadet, Spinam albam illud esse cardui genus, quod a Tufis, eo quod (ut paulo ante diximus) coaguli vi-  
cem praestet, vulgo vocatur Pteraria, quodq; nos solitum esse putamus. Et Altera aculeata planta, cuius hic quo-  
magno secundo loco visitata, quam quidam Spinam albam esse censeret, sed plura in hac desiderantur. Error autem si fa-  
cile deprehendetur, si illud auctoritate voluerint, quod acu'ata hec planta in hortis p'ssim feratur, foliis albo chamelotti lo-  
gè mazoribus, & capitula ferat, quis marianum echinum non parum excedant. Commixtum Mefes spiam albam, ac etiam  
Arabicam, quarum alter am suu diomatice Bedeguar, alteram vero Succhia appellavit, syrupo de eupatorium vocato, quem mi-  
ris lundibus extulit ad diuersas febres fiuentas, ad eas praesertim, quibus natura visceris, nepte ventriculus, & icteri  
imbecillia sunt redditus; & ubi s'na naturali tempore recesserit. Cuius tamen sententia non parvum refutatur. Musa Ferraria  
ricens: quippe qui longo sermone contendat, nec Arabicam, nec albam Spinam nisi syrupo admixcentane ehez, quid viras,  
adtrictiora in pollent, que (ut ipse ait) syrapi huic intentionibus admodum repr'gnat, cum ad autunmas obstrunctiones tra-  
20. t'lium res'randas, semper huius auct medicos fuerit v'ris. Quia in re non solum credidit Musa auctoris non in non percepisse,  
sed nec etiam in hoc (pace uiri aliquo clarissimi dicir) exactam curandorum morborum rationem caluisse. Nam cum  
Mefes syrimum hinc composuit at illas curandae febres, quibus natura visceris trahimbeccilia sunt redditus, optima com-  
ponendi nietio tam Spinam albam, quam Arabicam illi inservit, respote que ad strutoria via, qui polent, languida illa, ac  
infrima membrana, plurimam riborarent, quibus incommode solent perire, ac dicti meties i's medicamentis occurvere, que  
odore fragrantia adtrictioria facultate commendantur. Hinc itaque facili' intelligi posse crediderim, quin abjura, explo-  
dendis sit h'c Musa sententia. Q'nc non illud confutum eius seplastri accipendum putauerim, quid' spin' alba, & Ar-  
bice loco, flicule radicem, ac fabiae folia huic syrupo sufficiere possint, & debeat, ut magis aqua magis tum u'at, tum  
viscera laxet. Quippe quid si tantum laxandi, ac referandi facultate hoc medicamentum debuisset esse praeditum, non modo  
barum, sinuarem radicibus carere debebat; sed etiam rotis, lenticis forma, & malabathri expoliari: c'm  
30. tamen hec omnia mature, diligenter, examinata, non sine metebat, ut quod robur hic visceribus allatura sint, ab r'lo &  
sue huic syrupo fuerint adiutoria, ne felicit natura diuerna febre imbecillitas facta, & arelax' mitibus, ac admodum restringenti-  
bus medicamentis vexata, totam humorum molem alii profundi ob contentientis facultatis amissum roburi, tanquam viribus  
omnibus definita ad mortem visus demitteret. Memini Spinam alba Galenia lib. 6. simplicium medicamentorum, s'c inqui-  
ens. Spine alba radice decorticata est, & modice adstringens. Quamboram & caliacis, & somachis inuata, & Januarii  
reiectiones colibet, & edemata illita contrabit, ac dentibus dolentibus prodest, si decocto eius colluantur. Semen tenuis e'  
fentia & calide facultatis est. Itaque potum i's, qui concelluntur, conuenient. Quia planta & r'la & r'la. Græci, Spina alba  
Latine dicitur: Arabic, Bedeguar, Italie, Spina bianca.*

*Aegyptiacalix.* SPINA ARABICA

CAP. XIII.

- A** Rabicam spinam natura alba spinæ similem esse constat. Ipsa siquidem stringit. Ad sanguinis re-<sup>a spicis fons</sup> actiones<sup>s</sup>, menstruum abundantiam, ceteraque fluxiones radix etiàmmun valet. Prouenit in a-<sup>a ymutor</sup> speris.

E Rrasse eos nimurum crediderim, qui sibi persuaserunt, Arabicam spinam, cuius hic meminit Dioscorides, eam aculeatam Arabia esse arborem, quam Acaciam vocant. Quis error illud in primis indicium est, quod non squaliter confundit. Dicentes aliquae spiris historiarum diversis capituloibus repetere, nec etiam arbores herbis commiscere. Nam cum longa historia Acaciam arborem, que etiam Aegyptia spina vocatur, primo libro inter arbores de scriptis, absurdum quidem uideatur, si tandem prater morem hic inter aculeatas herbas repetatur. Ad hoc indicium, & illa ratio accedit, quod si fuisse hanc plantarum historiam tradidit Dioscorides, diversas quoque plantas esse necesse est. Quamobrem non parum Ruellius hallucinatus reprehendit, quod non animaduerterit, in sua huiusce Arabica spina mentione, Dioscoridem hoc loco acteatam quandam Arabicam herbam alba spinam in uniuersum annulam intellexisse, non autem ut ipse post acaciam nunc patam. Quia in re non nisi virum hinc admirari possum. quippe qui non modo & Graecis, & Latinis literis sit habitus, periti simus, ac inter eos, qui haec nostra estate de spirantium historiam scripserit, facile principes; sed qui etiam Plinius historie fuerit studiosissimus: quem tamen si accuratius perlegissem, ac sequi voluissem, nunquam arbutor in eum errorem incidisset. Quantodquidem Plinius lib. 24. cap. 12. alteram ab altera separavit. Et primo hucus, de qua agimus, mentionem faciens, sic inquit. Spina Arabicæ laudes in odorum loco diximus & ipsa pissa, fringue dilatationes omnes, & sanguini excreta, mensumq; abundantiam, etiamq; radix valentiam. Quæ a Dioctorde verbottenus transfluxile per spiculum est. Non meminit Arabicæ alterius spinæ, quæ in arboreum assurgit, his veris. Est & Acacia spina. Fit in Aegypto alba, nigra; arbore, item urida, sed longè melior est prioribus. Eiusdem meminit etiam lib. 13. cap. 9. postquam Persæ arbvis materiem miris laudibus commendavit, ubi hoc bac habet. Nec minus Aegyptiana sphaera celebratur in eadem gente, duxitq; nigra, que inca incorupta etiam in aquis durat: candida vero facile putreficit. Quis hucus ex locis palam est, non credidisse Plinius, unan tantum Arabicam, vel Aegyptiam esse spinam, quantum Ruellius non ita rem accepterit. Qui usum Gallici sententiam hac in re non animaduertitur, si uiderit: siquidem Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum ita scribit. Spina Arabicæ radix profumum maleficum uiuat, & alia que cuncte quibus auxilio est quæ apud nos nasturii sphaera: sed ita calcis tam omnia uiuant tum radix, tum fructus ipsius. His uero & columella prodebat, & ipsi, qui in se infusa sunt: tun ulcera ad cicatricem dicunt, medicorum habentes, & non molestem asфиксionem. hec Galenus: Qui ut has plantas diversas habuit: ita etiam seorsum de eorum uiribus diversitas planta exarata aequaliter Graecis, & Spina Arabicæ; Latinis pariter & Italis appellatur: & uariantur, & subducentur.

Εγκλημα.

## CARDVVS.

## CAP. XIII.


<sup>† Οὐδὲ ματ-</sup>  
<sup>ές Καρδινά-</sup>  
<sup>τος εἰπεῖ τὸν</sup>  
<sup>χρόνον ακε-</sup>  
<sup>ρησί; οὐ μέτρον,</sup>  
<sup>& λευκόν,</sup>  
<sup>καὶ αἴρει</sup>  
<sup>τὸν καρδινά-</sup>  
<sup>τον;</sup>

**C**arduus, Graci icolmon vocant †, folia chamæleonis habet, & albae spines, nigriora, & crassiores, caulem longum edit, foliosum, capite spinoso, radice nigra, & crassa. Quia illa graueolentiam alarum, totusque corporis emendat, item si decocta in uino bibatur, copiosam autem urinam, fœtudinemque expellit. Hec iba cum recens tenere scit, in olcta, asparagi modo transit.

<sup>2 Καρδινά-</sup>  
<sup>τος εἰπεῖ τὸν</sup>  
<sup>χρόνον ακε-</sup>  
<sup>ρησί; οὐ μέτρον,</sup>  
<sup>καὶ αἴρει</sup>  
<sup>τὸν καρδινά-</sup>  
<sup>τον;</sup>

**E**t si minus tantum Cardui breuiter etiam hoc loco meminerit Dioscorides; Theophrasto tamen, Plinio, ac alijs probatis au<sup>to</sup>toribus, plura Caraci genera traduntur. Verum ut primus de his, qui natura cultrice fronte proueniunt, sermo fiat, sicut eandem conuenit, quod eorum diversa sunt genera: quorum tamen nomina propria, quod sciunt, non habeantur. Atque Plinio lib. 20. cap. 23. duo tantum eorum genera procul internum fructus statim in terra: alterum vero unicaule, & crassius. Samutorum autem, qui tum in agri seruntur, multiplex est genus. Horum principem locum tenent, qui Heraculensis vulgo videntur Cardoni. Namque iij diligentia cultura adeo teneri, fragiles, albiisque eradunt, vt magno quidem apparatu, secundis cenis pro bellarij cum sale, & pipere expetantur. Quo argumento ductus, equidem prouauerim de

## CARDVVS, SIVE CINARA ACVLEATA.



bis verba fecisse Theophrastum lib. 6. cap. 4. de plantarum historia, cum ita scribit. Quae autem Cactus nuncupata est, in Sicilia tantum nascitur, Græcia nequam habetur sive generis planta: hoc enim statim ab radice caules repentes in terram mittit, folio latu, atque spinoso. Caules hos caulos appellant, desquamati cibo idonei sunt, paulo amarantibus: & reseruare hos aqua salsa conditos consueuerunt. hec Theophrastus. Nistrates, quibus ubique nonnaturia fecerit, eò ex Neapoliti allati fuerunt, Neapoliti uero (ut audio) ex Sicilia. Quapropter nobis cum hoc Theophrasti genere maximè conuenire videtur, quod scriperit, Cactus Sicile pecularem esse plantam. Contineatur preterea in Carduorum genere etiam iij, quos in Italia Hetruscum vulgus appellat Carioppi, alijs vero inibi Archichiochi dicuntur, quorum item memini. Theophrastus eodem loco, cum subdit, diutum uero caulem crecum producit, quem perniciem vocant. Is quoque cibis aptus excedet, sed refernari non patitur. Fructus, in quo feminae echinatae specie est. Verum exemplis lanuginosis seminibus, is quoque recessus reliquitur, & cerebro palmarum simulis est. haecenam Theophrastus. Qui pro palma cerebro illud, quantum equi dem reu, intelligit, quod Galenus encephalon pluribus in locis appellari tradidit, & quod nunc corrupta voce Neapolitanis, & siculis uulgo vocatur Cefalione, de qua lib. primo in Bdellij mentione abunde differimus. Carduorum autem, quos vulgo Carioppi vocari diximus, nobis plura sunt genera, uaria capitis forma distinguita. Siquidem proferunt omnes echinata ca-

Cardui Cas-  
cioffi.

CARDVVS SIVE CINARA NON ACVLEATA.




pinula, sed aliqui spinis strobilum resistentibus constat, alijs uero ad terram versis, nonnulli etiam tam in folijs, quam in fructu aculeis uacant, ob id; ceteris in cibis fragrant. Sunt praeceps in loco possummo genere, quibus cedoni in longum safigentur. quibus vero in globum exuberant, deinceps contibus in altero squamatim siccis, in altero rufens squamis, veluti corticosis unguibus in unum compactis, & coagentatis, nucis pineis instar. Spinis carebunt, ut horum cultores testantur, Caricularium capitula, si prausquam ferunt semen, acuminate eius latera retundantur. Sime aculeis etiam nascentur, si delibratis laetitia radicibus, & difficit semina integra condantur. Vnde illud facile potuit factum esse, ut iij, qui aculeis non rigent, humano cultu mitiores evaserint, cum natura Carduorum omne genus spinis uacare nequeat. Radicum decoctionem potum hydriacos, & terticos sanat. Echinum nondum florescens pulpas, carniuum iure decotia, pro bellarij uitiori, uia cum sale & pere, & qui veneti indulgent, galangam quoque addant. Itali raro decoquunt, sed echinata capita cruda cum sale uorant. Cardui membra Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum: nec tamen plura de eius uiribus tradidit, quam fecerit Dioscorides. Sed de temperamento differunt, ei caliditas secundum ordinem completem, aut tertium incipientem; facitatis uero secundum affinitatem. & lib. 11. de alimentorum facultatibus, Cardum Cinaram appellauit, ac alimentum, quod corpori praebet, merito dannosum, quod melancholicum succum generet. Sed etiam ea planta est Graecis, que Latinis Carduus, Cinara, & Strobilus nominatur: Arabibus, Razos, Harchos, sine Sacolomas: Italis, Cardo, & Carchiofo: Germanis, Strobildorn: Hispanis, Cardo de corner, seu C. articularis, & Charchiophe,

Cardui vices  
ex Gal.

Nomina.

### CARDVVS VVLGARIS.





Poterium.

POTERIVM.

CAP. XV.


**P**oterium, Iones neurada uocant<sup>a</sup>, largè fruticat, cortice obductum tenui, spinis horridum, lanugine spissa, ramulis longis, mollibus, lenti, tenuibus, tragacanthe proximis: foliis paruis, rotundis: flore exiguo, candido coloris: semine nullius usus, sed gustu acuto, & odorato. Nascitur in<sup>b</sup> aquosis, & collibus. Radices demittit binum, et numve cubitorum, neruofas, & firmas: que proximè terram reci-  
x, dant succum gummi similem. Tusa præcisus neruis, & vulneribus glutinandi illinuntur. Decoctum quoque eius neruorum affliccibus prodest.

**P**oterium adeò Tragacanthe proximum labetur, ut illi omnibus suis notis congener esse videatur. Pectiliariter au-  
tem supremos ramos habet in uertice et tuberanes, & tenuila rigine obductos, quod in Tragacanthe non iuistus.  
Plantam itaque quam hic pro Poterio appinximus, misit ad me Conflentini poli Clarissimus Augerius de Eniseke Cesaris  
Ferdinandi Orator apud Solimanum Turcarum Imperatorem. Sed hic nobis admodum mirari sibi Ianun Cernarum, nio talia  
mirum

*a Meum hanc  
vixit esti pâ  
zat, tanet et  
cum, sed  
Cir. bipunct  
ubus.  
b Cir. du  
admodum  
nus.*

*Peterij consi  
deratio.*

*Conciui opis*



Poterij vires pīrum alioqui atatis nostrę insignem, quōd primum sylvestrem Poterium esse crediderit. Quae certe sententia, ut est meo iudicio alī fūta; ita nec in amērito a Fuchso medico clarissimo refellitur. De Poterio scripsit Galenus lib. 8. de sim. medic. facul. his verbis. Neur. us, quidam Poterium vocant. Deficandi abhāz morū facultatem possidet, adeo ut & nervos incīsos glutinare credatur. Radices eius potissimum sunt eiusmodi: quin & decōcūm earum quidam exhibent ijs, quibus affecti sunt nervi. Id Giac. var. ipso, quod item Pterium Latini vocant: Itali Poterio.

## Acanthiv.

## ACANTHIVM.

## CAP. XVI.

70

**A**CANTHIVM. **A**qua collecta, & neta, vestes bombicinis similes texunt. Folia, vel radices ad remedia opīlphoto ni bibuntur.

Acanthi con  
fiduciam.

**S**i Plantæ in Italia nascitūt, que legittimum Acanthium representet, hec profecto, cuius hic imaginem expressimus, S. canthium mili recte representare videtur. Siquidem foliis est & alba spine per extremitates aculeatis, & araneola latius. Id quod non nobis tantum opinionem auxit, sed alijs quoque rei plantarie studiois. Verantur magno in errore qui pro Acanthio quandam Cardus montani speciem, scbino lanagine quadam obducto, demonstrant. Nam propter quam

quam quod haec folia habeat nulla lanugine velata, nullo pacto quo echinatum capitulum circumuersit, depediti, vel neri potest, si pote quo tenuissima sit sine uillis, fragilis, ac omnis lentoris expers. Quod Græci ακανθη, Latini similiter Acanthum, & Itali Acanthus dicunt.

† Verba illa de lanagine non leguntur in uulgatis Græcis Dioscoridis exemplaribus: que tamen hic desiderari ostendit abruptus auctoris ferme. Vnde ea non temere ex Plinio adiecerunt interpres, eius tantum, ut puto, auctoritate freti. Nos vero eo audacie illa addenda putamus, quod ea legantur in Oribasij codice manu scripto, in quo ex probatissimo Dioscoridis libro ita transcripta fuerint, ut ad uerbum sonant. Circa que araneofa est lango. Id Nominis, quod meum quoque exemplar manu scriptum habet, ut ex apposita in margine patet.

Acanthus

## ACANTHVS:

## CAP. XVII.

**A** Canthus, Romani pæderotam uocant, nascitur in hortis, petrosis, & riguis. Folia habet multo  
laetuccis latiora, & longiora, eruca diuisura, nigricantia<sup>a</sup>, pinguia, leuia; caulem binum cubi-  
torum, digitali crassitudine, leuem, prope ueticem ex interualis circumdatur foliolis<sup>b</sup>, cœn<sup>c</sup> uicamen

<sup>a</sup> Orib. μετάμερος, η τριάδερος.  
<sup>b</sup> νικιάφυλλος, vel pedato-  
res.  
<sup>c</sup> Ανεμος λ.

## ACANTHVS.



*ta quedam oblonga referentibus, spinosis, è quibus flos prodit albus; semen oblongum, luteum; caput thyrsi specie: radicibus nititur longis, mucosis, rubris, & glutinosis. Quae ultis igni, & luxa est artubus illata subuenienti sponte urinam ciunt, fed alium cohibent: rupis, conuulsis, tabem fermentibus, mirè profundit. Nascitur & sylvestris *Acanthus*, scolymo similis, aculeatus, brevior quam satius, & is qui in locis nemoreis in Cœlio radix ad eadem ad eam superior efficax.*

**C** Redunt ennes ferè huiusc rei herbarie studiosi, *Acanthum* eam esse plantam, que nobis vulgo vocatur *Branca orsina*. Quorum sententiae nec prouersa refragari, nec plane apertulari possunt. Nam etsi in eorum opinionem multis adducat rationibus, non solùm quòd it magnè sint apud me auctoritatis; sed etiam quòd ipse viderim hanc, que *Branca orsina* dicitur, folijs lacteis latioribus, longioribusque, cruce modò laciniatis, nigris cantibus, ac molli quodam leucre pinguis: carle item lezi, hibisci, foliolaris crastitudine, per internum sub ifsum rizope verticem foliis quibuscane colongis, veluti nunciamt, circundato: è quinque flos prodiit candidus, & inde serenus oblongum luteumq; atque etiam radice eadem confert, qua *Acanthus*; aliqua tamen relinquitur subtubito, an *Branca orsina* legitimus sit. *Acanthus*, cum foliis, que nunciamt instar illius caulem cingunt, nullis spinis horidae consificantur, planataque ipsa viciatur topiaria operibus incincta: ad que *Acanthus* olim (Plinius libro 18 cap. 22. auctor ejus) conueniens habebatur: ac etiam ea bodie ab omnibus sed

vestigatur, & relativa nobilis planta, in perpetua tum hortis, tum viridarijs scrutari, cum apud antiquos Acanthus celebris, & in magno honoris habuit sit, ac plurimis laudibus fuerit decantatus. Neque illud scissio[n]em nostram diluit, quod dixerint aliqui Acanthina f[lor]ia, qua in quibusdam Italia locis & marmoreis columnis, praesertim que Cicerio locis imitantes, in sculptis reperiuntur, nulla pro�s linea a Branca v[er]sina foliis differre. Siquidem contra iis quisquam facile refiendu[re] possit, sed quod esti virga candem retineat formam; non ob id tamen necessario vnam & candens speciem representant. Quare quemadmodum dubium est effigie, Brancam v[er]sina ab Acantho non differe; ita idem negare v[er]itatem esse videatur. Caterium ad hanc tollendam dubitationem illud non parum, meo iudicio, facit, quod iisdem facultatibus Branca v[er]sina praedita sit, quibus pollere Acanthus Diocordis, & Galenus memorie producentur. illud insuper addiderim, quod esti dicat Diocordis, sorri Acanthum caule foliis spinosis, ceu nucamentis, prope verticem r[es]ique ex interaliis circumfusito; potest tamen intelligi, quod non re vera foliola illa aculeis horrent, sed quod oedem acuminata erumpant, ut sane sime persimila videantur. Quintilianus cum Plinius dico. Acanthi genera fructae, lib. & capite v[er]gineo facti, alterius crismum, aculeatumque, alterius laevis, quod aliqui pederotana vocant, ali[m] melanthymum, miru[m] eius non debet, si acantus, quae in nostris habeant viridiarijs, nullis rigeat aculeis. Id quod facili credi potest, cum ceteris omnibus notis Branca v[er]sina Acanthu[m] Diocordis representant ad amissum responeat. Neque impedit, quod loco citato afferat Plinius, Acanthum in hortis credipes magnum, aspergintumque pulvinorum toros vestire. Quamvis enim nec[er] id faciliter se valeat; tamen non caulis, tum folia ob eorum molitissim, lentoremque adeo fletri queunt, ut vimineo aliquo resu teplatio operi etiam non incommodè aptari possint. His itaque rationibus unmixis, eos equidem non aberrare existimo, qui Acanthus, & Brancam v[er]sina, vnam & eandem plantam esse fuisse tradiderint. Reperiut & sylvestris Acanthus carduus, ab Diocordis inquit simili[s], spinosus, foliis tamen domèstico angustioribus. Quocirca non ab re Plinius quoque duo Acanthi genera constitui. Acanthi memini Galenos lib. 6. simplicium medicamentarium, sic inquies. Acanthos, ali[us] quidem Melanthymum nominant, ali[us] uero Pedrota. Folia quidem mediocriter divergenter facultatem obtinent. At radix exciatoria est, & leuiter incisoria, & retinaculum partium. Planta, qua Greci *άσπαρος*, Latinè similliter Acanthus nominatur: Italice, Acantho, & Branca v[er]sina: Germanice, Beren klaus; Hispanice, Yerba gigantea; & Branca v[er]sina: Gallice, Branize orme. Quis vero Greci *άσπαρος*, Latinis Acanthus sylvestris vocatur: Acantho, & Acantho saluatico.

A'goris w' overig.

ANONIS, SIVE ONONIS.

CAP. VIII.

<sup>a</sup> Lenticula  
nō leg. Oris.  
<sup>b</sup> a rotundat Ca-  
culis solen-  
tibus.  
<sup>c</sup> Oris. ad dñ  
i. invenit.  
<sup>d</sup> Orisbadis  
restatis foli-  
dum.  
<sup>e</sup> Meum. nō  
habet neque  
Catuzen.  
Anonidis con-  
sideratio.  
Nonis, quam aliqui ononida appellant, ramos haber fruticosos, dodrantales, aut m:aiores, fre-  
